 αὐτά. ἀπὸ δὴ τέττε καὶ τῷ τεχνήματι τῷ
 πενηρῷ τὴν πενηρὰν ἐπωτομίαν συνελθεῖν. τέ-
 ττω ἔν ἀπάντων ἔνεκα, πόνων θανάτων τὸ
 ταῦ ἄξιον εἶναι νομίζετε; ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι
 δικαίως τέττο μόνον ἐς τὴν τῆ ταῦ τιμωρίαν
 ὑπολείπεσθαι, τὸ τῷ σχήματι τῷ αὐτῆ τὴν
 δίχην ὑποσχεῖν· ὅ, δὴ σαυρὸς εἶναι 7) ὑπὸ τέττε
 μὲν ἐδκμιεργήθη, ὑπὸ δὲ ἀνθρώπων ὀνομάζεται.

Τίμων

genus inuexerit: aiunt enim Tyrannos eius li-
 terae corpus secutos, atque figuram imitatos,
 postea simili figura cruces fabricasse, quibus
 homines affigerent: atque ex hoc huic tam per-
 niciolae fabricae pessimum nomen obuuisse.
 Propter ista omnia, quot mortibus ipsum ταῦ
 dignum esse censetis? Ego quidem existimo
 merito hoc solum ad supplicium ipsius ταῦ re-
 linqui, ut poenam in sua illa figura sustineat,
 quae sane ut crux esset istius opera effectum
 est, nomenque etiam apud homines fortiretur.

Τίμων

7. Ὁ δὴ σαυρὸς εἶναι] Verum est, quod scri-
 bit Guyetus, εἶναι abundare, sed Attico mo-
 re. Hemst.



Τίμων, ἢ Μισάνθρωπος.

Τίμων. Ζεῦς. Ἑρμῆς. Πλούτος. Πενία.
Γναθωνίδης. Φιλιάδης. Δημέας.
Θρασυκλῆς.

TIM. Ω Ζεῦ Φίλιε, καὶ ξένιε, καὶ ἑταιριῶν, καὶ
ἐφέσιε, καὶ ἀστροπητᾶ, καὶ ὄρχιε 1),
καὶ νεφεληγερέτα, καὶ ἐρίγδαπε, καὶ εἴ τι
σθ

Timon, sive Misanthropos.

Timon. Iupiter. Mercurius. Plutus.
Paupertas. Gnathonides. Philiades.
Demea. Thrasycles.

TIM. O Iupiter Philie, et Xenie, et Hetaerie,
et Ephestie, et Asteropeta, et Horcie,
et Nephelegereta, et Erigdupe, et si quo te
alio

1. "Ορχιε] Vt omnis vinculi naturalis, quod
vitam humanam continet, sic et iurisluran-
di, cuius summa fuit apud veteres religio,
curator et praeses Iupiter: ab hoc munere
ducta sunt cognomina Φιλίε, Ξενίε etc. est
autem in ista forma vocabulorum, quando
Diis aptantur, praesidii ac tutelae signifi-
catio. Hemst.



σε ἄλλο οἱ ἐμβρόντητοι 2) ποιητῶν καλῶσι, καὶ
 μάστιγα ὅταν ἀπορῶσι πρὸς τὰ μέτρα· τότε
 γὰρ αὐτοῖς πολυώνυμος γινόμενος ὑπερείδεις τὸ
 πίπτον τῷ μέτρῳ, καὶ ἀνκπληροῖς τὸ κεχηρὸς
 τῷ ῥυθμῷ· πᾶ σοι νῦν ἡ ἐρισμᾶραγος ἀσραπὴ,
 καὶ ἡ βαρὺβρομος βροντὴ, καὶ ὁ αἰθαλόεις,
 καὶ ἀργήεις, καὶ σμερδαλέος κερκυνός; ἅπαντα
 γὰρ ταῦτα λῆρος ἤδη ἀνκπέφηνε, καὶ καπνὸς
 ποιητικὸς ἀτεχνῶς, ἔξω τῷ πατάγῳ τῶν ὀνο-
 μάτων.

alio vocant nomine attoniti poëtae, idque adeo
 cum in versu faciundo haerent impediti; (tunc
 enim magno nominum agmine sustines versum
 labantem, et rhythmum hiantem replet,) vbi
 nunc fulgur illud tuum tanto strepitu:erumpens?
 vbi tonitru tanto fremitu boans? vbi illud flam-
 mans, candens, ac terribile fulmen? Cuius
 sane constare potest, ea omnia nil esse aliud
 quidquam praeter nugas sonoras, ac sumum pla-
 ne

2. Ἐμβρόντητοι] Ἐνθεοί, θεόληπτοι, μα-
 σόληπτοι, ὑπὸ Μασῶν κήτοχοι sunt poë-
 tae: eos facete Noster in Iouialium toni-
 truum mentione vocavit ἐμβροντήτες, qua-
 si iisdem illis telis, quae tam liberaliter
 Ioui donant, ipsi tangerentur. Hinc pro
 stupido, insano, et cui communis sensus
 est excussus: simul hunc in modum non
 noluit intelligi Lucianus, quum Timonem
 ita facit poëtas appellare. Hemst.



μάτων. τὸ δὲ αἰοιδιμὸν σα, καὶ ἐκίβωλον ὄ-
πλων, καὶ πρόχειρον, ἔκ σιδ' ὅπως τελέως ἀ-
πέσβη, καὶ ψυχρὸν ἐσι, μηδὲ ὀλίγον σπινθήρα
ὀργῆς κατὰ τῶν ἀδικούντων διαφυλάττον.

(Ὁ)ἄττον γέν τῶν ἐπιτορκεῖν τις ἐπιχειρῶντων
ἔωλον θρυαλλίδα φοβηθεῖν αἶν, ἢ τὴν τῆ παν-
δαμάτορος κεραυνοῦ φλόγα· οὕτω δαλόν
τινα 3) ἐπανατείνασθαι δοκεῖς αὐτοῖς, ὡς
πῦρ μὲν ἢ καπνὸν ἀπ' αὐτοῦ μὴ δεδιέναι·
μῖνον δὲ τῆτο οἰεσθαι ἀπολαύειν τῆ τραύμα-
τος 4), ὅτι ἀναπλησθήσονται τῆς ἀσβόλου.
ὡς

ne poeticum, nominum strepitum si demas.
Telum autem illud ita decantatum, et longe
feriens, et expeditum, nescio quo pacto plane
restinctum est, et refrixit, ne tantillulam qui-
dem irae scintillam aduersus sceleratos retinens.

2. Inde est quod periuri potius metuerint he-
sternum aliquod ellychnium, quam fulminis con-
cussa domantis flammam. Ita videris illis titionem ia-
culari, ut ignem eius vel fumum haud timeant:
hocque unum ex vulnere malum sibi accidere
existiment, quod fuligine operiantur, atque in-
inqui-

3. Δαλόν τινα] Propria vis est, quam origo
vocabuli postulat, titionis ardentis et ac-
censi. Hemst.

4. Ἀπολαύειν τῆ τραύματος] Ἀπαλαύειν
verbum apud Graecos in vitamque partem



ὥς ἤδη διὰ ταῦτά σοι καὶ ὁ Σαλμωνεὺς ἀντι-
βροντῶν ἐτόλμα, οὐ πάλιν τοι ἀπίθανος ὢν,
πρὸς ἔτω ψυχρὸν τὴν ὀργὴν Δία, θερμοεργὸς
ἄνθρωπος, καὶ μεγαλαυχόμενος. πῶς γὰρ 5), ὅπως
γε

inquinentur. Hinc adeo est quod Salmoneus
ille, te contempto, contra tonare ausus est,
vir qui hanc de se opinionem in animis homi-
num facile tueretur, audax quippe et ardens
animo, aduersum Iouem tam frigidum. Quidni
enim

ambiguum eleganter vsurpari solet et per
se simpliciter et constructe. *Aristoph.* AV.
v. 1358. Ἀπέλαυσα γὰρ ἐλθὼν ἐνθάδ' ἰ.
praeclare enimvero tecum agatur. Addunt
nonnunquam ἀπολαύειν κακόν τι, τι Φλαῦ-
ρον. Saepius omittunt. At frequentissime
genitiuus accedit eius, vel personae vel
rei, vnde bonum malumve aliquod vel in-
commodum nobis proficiscitur, plerum-
que ἀπὸ vel ἐκ intellecto, rarius expresso.
Plato Phaedr p. 1227. F. ἀλλ' οἷόν ἀπ'
ἄλλε οὐ Φθαλμίας ἀπολελευκῶς, qui ab alio
oculis laborante vitium contraxit. *Euripid.*
Iph. in T. v. 526. Ἀπέλαυσα δὴ τι καὶ γὰρ
τῶν κείνης γάμων· nonnihil ad me quoque
mali ex Helenae nuptiis peruenit. Sic ἀπο-
λαύειν συμφορᾶς, alienae calamitatis esse
participem, *Plutarcb.* T. II. p. 837. A.

5. Πῶς γὰρ] Interpretes ita verterunt, ac
ti le-



γε καθάπερ ὑπὸ μανδραγόρα β) καθεύδεις; ὅς
 ἔτε τῶν ἐπισηκέντων ἀκέρεις, ἔτε τὰς ἀδικούν-
 τας ἐπισκοπεῖς· λημᾶς δὲ, καὶ ἀμβλυώττεις
 πρὸς

enim? cum tu veluti sub mandragoris recubans
 periuros non audias, neque iniustos adspicias;
 contra autem lippis et lusciosis oculis ea quae
 fiunt

si legissent, quod volebat *M. du Soul*, πῶς
 γὰρ ἔ; Verum nihil moueri debet, intel-
 ligendumque, si ad superiora velis conne-
 clere, πῶς γὰρ Φοβηθεῖν ἂν τῶν ἐπισηκείν
 τις ἐπισηκέντων τὴν τῆ κεραυνῆ Φλόγα·
 fin ad proxima, πῶς γὰρ ἀπίθανος ἂν εἴη
 ὁ Σαλμωνεύς· vtrumuis ad sententiam *Lu-*
ciani aequè commodum. Πῶς γὰρ ἔ, ad-
 dita negatione, vt Grammatici loquuntur,
 καταφατικόν ἐστίν, αὐτ, κατάφασιν δηλοῖ·
 contra πῶς γὰρ, ἀποφατικόν. *Hemst.*

6. Ὑπὸ μανδραγόρα] *Mirror Fabrum*, qui de-
 derit, *veluti sub mandragoris recubans*, qua-
 si non arborem quidem mandragoram co-
 gitasset, sed Iouem mandragorae foliis, vt
 rosarum delicatuli solebant, contectum,
 quorum vim somnificam intimis penitus
 medullis hauserit. Neque admodum pro-
 bo *Stephani prae mandragora*, vel, *prae ni-*
mio mandragorae potu. Sane καθεύδειν ὑπὸ
 μανδραγόρα non aliter dicitur, ac frequen-
 tissimum illud, ἀποθανεῖν ὑπὸ τινος. *Hemst.*



πρὸς τὰ γιγνόμενα· καὶ τὰ ὦτα ἐκκεκώφω-
σαι 7), καθάπερ οἱ παρηβηκότες.

Ἐπεὶ νέσσυγε ἔτι, καὶ ὀξύθυμος ὢν, καὶ ἀκ-
μαῖος τὴν ὀργὴν, πολλά κατὰ τῶν ἀδίκων καὶ
βιαίων ἐποίεις, καὶ εἰδέποτε ἤγες τότε πρὸς
αὐτὸς ἐκεχειρίαν, ἀλλ' αἰεὶ ἐνεργὸς πάντως ὁ
κεραυνὸς ἦν, καὶ ἡ αἰγὶς ἐπεσείετο· καὶ ἡ βρον-
τὴ ἐπαταγεῖτο, καὶ ἡ ἀστραπὴ συνεχῆς, ὥσπερ
εἰς ἀκροβολισμὸν, προηκοντίζετο. οἱ σεισμοὶ
δὲ, κοσκινηδὸν 8), καὶ ἡ χιών, σῶρηδον,
καὶ

funt̄ videas; neque acriores habeas aures,
quam qui aetatis sunt iam prouectioris.

3. Nam cum adhuc iuuenis eras, ardenti ani-
mo, et iracundia graui, multa quotidie aduer-
sus iniustos ac violentos designabas, sublataque
omni induciarum spe, bella cum iis gerebas,
neque vnquam otiosum erat fulmen; aegis con-
cussa illis intentabatur, tonitru remugiebat, ful-
gur in morem velitaris pugnae vsque et vsque mit-
tebatur: terrae autem motus ita frequenter fie-
bant

7. Τὰ ὦτα ἐκκεκώφωσαι] De Ioue, cui
prae senio aures obsurduerunt: ipsa locu-
tio Platonica, sed paulo diuersa potestate,
quando quis frequenti et molesta pene rei
commemoratione alium obtundit atque ob-
surdat. Nihil interest vtram formam vsur-
pes, ἐκκεκώφωσαν an ἐκκεκώφεν. Hemst.

8. Κοσκινηδὸν] Praeceptor et abruptus illarum
vocum



καὶ ἡ χάλαζα, πετρηδόν. καὶ ἵνα σοι Φορτικῶς διαλέγωμαι, ὑετοῖτε ῥαγδαῖοι, καὶ βίχιοι, ποταμὸς ἐκάσῃ σαγῶν. ὡς τῆλικαύτη ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ ναυαγία ἐπὶ τῷ Δευκαλίῳ ἐγένετο, ὡς ὑποβρυχίων ἀπάντων καταδεδυκότων, μόγῃς ἐν τι κιβώτιον περισωθῆναι προσοκείλαν τῷ Λυκωρεῖ, ζώπυρόν τι τῷ ἀνθρώπινῳ σπέρματος διαφυλάττον εἰς ἐπιγονὴν κακίας μείζονος.

Τογαῖ-

bant, vt crihri agitationem plane reserrent: nix aceruatim ruebat, grandinem autem saxa diceret; et vt violentius dicam et elatius paulo, imbres ῥαγδαῖοι et vehementes deserchantur in terras; singulae guttae fluvium aequabant. Quamobrem puncto temporis sub Deucalione tot naues perierunt, vt omnibus aqua obrutis vnica modo superfuerit arcula ad Lycoreum montem appulsa, veluti quendam generis humani somitem seruans, quo maiora deinde scelera subolescerent.

4. Er-

vocum sonitus artificiosam quandam rerum, quas exprimunt, imitationem in auribus efformant. Sunt verba Tragica, et grande quiddam sonant: sed praeterea horridum aliquid ac pene insulsum in istis, ποταμὸς ἐκάσῃ σαγῶν. neque abhorret utique, si haec de ipso diluio Deucalioneo a quocunque demum fuisse posita credamus, *Heinst.*

I



Τοιγάρτοι ἀκόλυθα τῆς ἐμθυμίας τὰπίχει-
ρα 9) κομίζη παρ' αὐτῶν, ἔτε θύοντος ἔτι σοι
τινὸς ἔτε σεΦανῆντος, εἰ μὴ τις ἀρχὴ πάρεργον
'Ολυμπίων· καὶ ἔτος, ἐ πάντο ἀναγκαῖα ποιεῖν
δοκῶν, ἀλλ' εἰς ἔθες τι ἀρχαῖον συντελῶν.
καὶ κατ' ὀλίγον Κρόνον σε, ὦ θεῶν γενναϊότα-
τε, ἀποΦαίνεσι, παρωσάμενοι τῆς τιμῆς. εἴ
λέγειν ὀποσάκις ἤδη σε τὸν νεῶν σεσυλήχασιν·
οἱ δὲ καὶ αὐτῷ σοι τὰς χεῖρας 'Ολυμπιάσιν
ἐπιβεβλήμασι. καὶ σὺ ὁ ὑψιβρεμέτης ἀκη-
σας, ἢ ἀνασηῆσαι τὰς κύνας 10), ἢ τὰς γείτο-

νας

4. Ergo pretium ob socordiam ab iis tulisti,
cui nemo hodie rem sacram facit, nec coro-
nam quidem imponit, nisi forte vnus aut alter
quasi Olympiorum corollarium, idque qui tibi
praestat, rem se haud sane pernecessariam face-
re existimat, sed veteri nescio cui instituto id
dandum credit. Illi te, o deorum praestantis-
sime, paulatim in Saturni locum redigunt, qui
te omni honore spolient. Mitto iam dicere
quoties templum tuum expilarint. Quidam et-
iam manus tibi apud Olympiam sunt admoli-
ti; ἐτ tu, quem ὑψιβρεμέτην poëtae vocitant,
ne ausus quidem es excitare canes, vel vici-
nos

9. Τὰπίχειρα] Solent haud raro, quemad-
modum μισθόν, per illusionem ponere.
Hemst.

10. Ἀνασηῆσαι τὰς κύνας] Nullus hic Barlaei
cani-



νας ἐπικαλέσασθαι, ὡς βοηθρήσαντες αὐτὰς
 συλλάβειεν, ἔτι συσκευαζομένους πρὸς τὴν φυ-
 γήν. ἀλλ' ὁ γενναῖος, καὶ Γίγαντολέτωρ, καὶ
 Τιτανοκράτωρ, ἐκάθησο, τὰς πλοκάμους περι-
 κειρόμενος II) ὑπ' αὐτῶν, δεκάπηχυν κεραι-
 νὸν ἔχων ἐν τῇ δεξιᾷ. ταῦτα τρῖνυ, ὦ θαυ-
 μάσιε, πηνίκα παύσετά ἔτιως ἀμελῶς παρορῶ-
 μενα; ἢ πότε κολάσεις τὴν τρσαύτην ἀδικίαν;
 πῶσοι

nos aduocare, qui e vestigio concurrentes com-
 prehenderent sacrilegos, res suas etiamnum
 conuasantes, vt in pedes se protinus darent.
 Sed tu, fortis bellator, et qui γίγαντολέτωρ,
 et τιτανοκράτωρ praedicaris, sedebas, manu
 decemcubitale fulmen sustinens, interea dum
 cincinnos aureos otiose tibi attondebant. Haec
 igitur, o deorum praestantissime, ecquan-
 do tandem dissimulare desines? Ecquando
 erit vt tanta facinora vltum eas? Quot
 I 2 orbis

canibus οἰκροῖς locus est: vigilacissimum
 animal ad templorum custodiam veteres
 adhibebant. Hemst.

II. Τὰς πλοκάμους περικειρόμενος] Aurei ple-
 rumque Deorum crines, quique adeo su-
 rum cupiditatem irritare poterant. Sed vis
 est in isto περικειρόμενος hoc enim igno-
 miniosum, et cum magna contumelia con-
 iunctum. Hemst.



πρόσοι Φαέθοντες, ἢ Δευκαλίωνες, ἰκανοὶ πρὸς
ἔτῳς ὑπέραντλον 12) ὕβριν τῆ βίᾳ.

"In
orbis conflagrationes, quot diluivia satis esse
queant, ut tam inexhausta hominum insolentia
compescatur?

5. De

12. Ὑπέραντλον] Ἄντλος, ἄντλον, ἄντλία,
quemadmodum Latinis *sentina*, et aqua
sordida, siue ex mari in naues ingesta, siue
per tenues rimas et iuncturas hiantes sese
insinuans, et ipse locus nauis inferior ad
carinam, quo confluit haec aquae illuuiēs,
foetidamque grauem et molestum conge-
rit. Hinc non admodum est difficile defi-
nire, quid sit ὑπέραντλος σκάφος, ναῦς
ὑπέραντλος nemp̄e cuius sentina, vel aqua
per fatiscētes rimas illabente, vel tumidis
fluctibus desuper infusis, tanta copia exun-
dat, ut intra limites contineri amplius ne-
que exauriri possit, atque adeo pericu-
lum instet praesentissimum, ne mersa na-
vis intereat; quod postremum vel maxime
venit animaduertendum in explananda
translatāe potestatis ratione. Igitur *Lucia-
ni ὑπέραντλος ὕβρις τῆ βίᾳ* tanta est hu-
manae vitae tamque grauis proteruitia, at-
que iniustitia, quae cogat eam subsidere,
velut occupatam a sentina ratem, secun-
dumque aliquod diluuium flagitet, nec, ni-
si submersis hominibus, exiari queat:
hoc perquam venuste sequitur post, πρόσοι
Δευκαλίωνες ἰκανοί; *Hemist.*



Ἴνα γὰρ τὰ κοινὰ ἕασκας, τὰ μὲν εἶπω, τοσού-
 τας Ἀθηναίων εἰς ὕψος ἄρας, καὶ πλεσίχ; ἐκ
 πενεσάτων ἀποφήνας, καὶ πᾶσι τοῖς ὀνομαζομένοις
 ἐπικηρύσσας, μᾶλλον δὲ ἀφρόον ἐς εὐεργεσίαν
 τῶν Φίλων ἐκχέας τὴν πλῆτον, ἐπειδὴ πένης
 διὰ ταῦτα ἐγενόμην, ἔτι ἔτι γνωρίζομαι πρὸς
 αὐτῶν, ἔτε προσβιέπασσι οἱ τέως ὑποπτήσ-
 σοντες καὶ προσκυνῶντες, καὶ τῷ ἐμῷ πνεύματος
 ἀνηρημένοι. ἀλλ' ἦν πε καὶ ὁδοῦ βραδίμων ἐν-
 τύχοιμι τινὶ αὐτῶν, ὥσπερ τινὰ σήλην πα-
 λαῖᾶ νεκρῶ ὑπτίαν, ὑπὸ τῷ χρόνῳ ἀνατετράμ-
 μένην, παρέρχοντα, μηδὲ ἀναγνόντες· οἱ δὲ
 καὶ πέρρωθεν ἰδόντες, ἐτέρων ἐκτρέπονται,
 δυσκν-

5. De me enim ut dicam, iis, quae ad cete-
 ros pertinent, omissis, postquam tot Athenien-
 ses euexi, diuitesque ex pauperculis reddidi,
 atque omnibus ea, quibus egebant, benigne
 largitus sum, seu, ut verius dicam, postquam
 aceruatim, ut in amicos beneficus essem, opes
 effudi, atque ea re factum est, ut ad inopiam
 redactus sim, illi me ignorant; sed ne aspi-
 ciunt quidem, cum tamen antea me reuere-
 rentur, adorarent, et ex meo penderent nutu.
 Quin etiam si forte cui ipsorum in via occurram,
 ii me veluti euersum hominis iamdudum sepul-
 ti titulum, et temporis diuturnitate collapsum,
 praetereunt, ne legentes quidem: alii autem
 quam longe me vident, in aliam deflectunt viam,



δυσάντητον, καὶ ἀποτρόπαιον θέαμα ὄψεσθαι ὑπολαμβάνοντες, τὸν ἔκ πρὸ πολλοῦ σωτῆρα, καὶ εὐεργέτην αὐτῶν γεγενημένον.

Ὡσεὶ ὑπὸ τῶν κακῶν ἐπὶ ταύτην τὴν ἐσχατιὰν τραπόμενος, ἐναψάμενος διφθέραν 13), ἐργάζομαι τὴν γῆν, ὑπόμισθος ἑβραῶν τεσσαρῶν, τῇ ἐρημίᾳ καὶ τῇ δικέλλῃ πρессφιλοσσοφῶν 14) ἐνταῦθα. ταῦτο γούν μοι δοκῶ κερδα-

rati quippe visuros se spectaculum aliquod occursum infauftum, atque auerisandum, me, inquam, qui non ita pridem σωτῆρ ἰψῖς et εὐεργέτης fui.

6. Tot itaque malis circumuallatus, in hunc remotum et desertum agrum concessi; et suspensio ex humeris rhenone terram colo, quatuor in diem obolis locata opera, hic cum ligone et hac sollicitudine philosophans. Mei certe laboris hoc videor

13. Ἐναψάμενος διφθέραν] Est διφθέρα, ἰμάτιον γεωργικόν, σερεόν, πρὸς ὀμβρῶν μάλις ὑποφυγὴν ἱκανόν, vt recte Scholion illud insertum *Dioni Or. IV. p. 70. C. Hemst.*

14. Πρессφιλοσσοφῶν] Ego iam, inquit Timon, procul ab omni hominum, quos pessime odi, consortio cum solitudine atque isto ligone philosophor, et rationes meas deduco. *Hemst.*



κερδανεῖν, μηκέτι ὄψεσθαι πολλές παρὰ τὴν
 ἀξίαν εὖ πράττοντας· ἀνιάρτερον γὰρ τᾶτό
 γε. ἤδη ποτὲ ἔν, ὡς Κρόνῳ καὶ Ἰέας υἱέ, τὸν
 βαθὺν τᾶτον ὕπνον ἀποσεισάμενος, καὶ νήδυ-
 μον, (ὕπερ τὸν Ἐπιμενίδην γὰρ κεκοίμησαι,)
 καὶ ἀναρρίπιδας 15) τὸν κεραυνόν, ἢ ἐκ τῆς Οἴ-
 τῆς ἐναυσάμενος 16), μεγάλην ποιήσας τὴν
 φλόγα, ἐπιδείξαιό τινε χολὴν ἀνδρώδους καὶ νεα-
 νικῆ

videor praemium vel maximum consequi, quod
 plerosque praeter aequum et bonum fortunatos
 non sum visurus. Id enim mihi molestum est
 ut quod maxime. Ecquid igitur, Saturni ac
 Rheae filii, excutiens altissimum istum somnum ac
 vere νήδυμον, (nam Epimenidem dormiendo vi-
 cisti) flatu denuo suscitans fulmen, aut ex
 Aetnae crateribus accendens, ingenti edita
 flamma, iram illam Iouis sortis ac manu prom-

I 4

pti

15. Ἀναρρίπιδας] Non putem cum *Barlaco*
 verbum hoc in *vibrandi* significatu accipien-
 dum: nihil enim denotat proprie, quam
 ignem prope extinctum flatu exsuscitare.

16. Ἐκ τῆς Οἴτης ἐναυσάμενος] Apud vete-
 res nullum extat ardentis Oetiae vestigium.
 Placet ergo *Tan. Faber* pro Οἴτης reponens
 Αἴτνης· nihil verius vel arbitro *Luciano*
 §. 19. ubi Cyclopaς ἐκ τῆς Αἴτνης Iupiter
 arcessi iubet ad acciendum fulmen. tum
 quid apud poetas est vulgatus, quam haec
 fulminum Iouialium officina. *Hemst.*



νικῆ Διὸς, εἰ μὴ ἀληθῆ ἔσι τὰ ὑπὸ Κρητῶν πε-
ρὶ σῆ, καὶ τῆς σῆς ταφῆς μυθολογούμενα.

ΖΕΥΣ. Τίς ἔτός ἐσιν, ὦ Ἐριμῆ, ὁ κεκρα-
γῶς ἐκ τῆς Ἀττικῆς παρὰ τὸν Ἱμηττὸν ἐν τῇ
ὑπὸ ὑρείᾳ; πινκρὸς ὄλος, καὶ αὐχμῶν, καὶ ὑπε-
δίφθερος. σκάπτει δὲ οἴμαι ἐπικεκυφῶς· λά-
λος ἀνθρώπος, καὶ θρασύς. ἤπερ Φιλόσοφος
ἔσιν· ἔ γὰρ ἂν 17) ἔτως ἀσεβεῖς τὲς λόγους
διεξήει καθ' ἡμῶν. ΕΡ. τί φῆς ὦ πάτερ;
ἀγνοεῖς Τίμωνά τὸν Ἐχεκρατίδου, τὸν Κολυτ-
τέα; ἔτός ἐσιν ὁ πολλάκις ἡμᾶς καθ' ἱερῶν τε-
λείων 18) ἐσιάσας, ὁ νεόπλουτος, ὁ τὰς

ὄλας
pti exeres; nisi forte vera illa sunt, quae de te
Cretes, et sepulcro tuo apud se sito fabulantur?

7. IVP. Quis hic est, Mercuri, qui ex Atti-
ca vociferatur ad radicem montis Hymetti, sor-
didatus, et squalidus, et caprinis pellibus se-
miamictus? incuruus autem, opinor, sedit; ho-
mo garrulus atque audax: haud dubie Philoso-
phus est; neque enim sermones de nobis adeo
impios deblaterasset. MER. Quid ais, o Pater?
tun' ut Timonem Colyttensem, Echekratidae F.
haud noris? hic ille est, qui nos toties sacris rite
factis opipare accepit; ille repente diues; qui to-
tas

17. Οὐ γὰρ ἂν] ἔ γὰρ ἂν πότε, ἔ γὰρ ἂν
πρ, ceteroquin; alioquin non. Hemst.

18. Καθ' ἱερῶν τελείων] Formula loquendi
haud sanequam frequens: hunc solum *Βι-
daeus*



ὅλας ἑκατόμβας· παρ' ᾧ λαμπρῶς εἰώθαμεν
 εορτάζον τὰ Διάσια. ΖΕΥΣ. Φεῦ τῆς ἀλλα-
 γῆς· ὁ καλὸς ἐκεῖνος, ὁ πλέσιος, περὶ ὃν οἱ το-
 σῆτοι φίλοι; τί παθῶν ἔν τοιᾶτός ἐστιν; αὐχ-
 μηρὸς, ἄθλιος, καὶ σκαπανεὺς, καὶ μισθω-
 τὸς, ὡς ἔοικεν, ἔτω βαρεῖαν καταφέρων τὴν
 δίκελλαν.

ΕΡ. Οὕτωςί μὲν εἰπεῖν, χρηστότης ἐπέτρι-
 ψεν αὐτὸν, καὶ Φιλανθρωπία, καὶ ὁ πρὸς τὲς
 δεομέ-

tas hecatombas mastrabat; apud quem splendide
 solebamus agere Diasia. IV P. Heu! quae ist-
 haec rerum conuersio? illene pridem honestus,
 quem tot amici colebant? Unde igitur eo mi-
 seriarum deuenit, squalidus, infelix, et fossor
 mercede conductus, uti ex ligone conicere est,
 quem ille adeo grauem in terram demittit?

8. M E R. Sua illum, ut minus exacte loquar,
 comitas perdidit atque humanitas, nec non effusa
 I 5 in

daeus locum protulit C. L. G. p. 625. ubi
 ἐσιᾶν ita constructum appareat: vltatius
 καθ' ἱερῶν τελείων ὁμόσαι· paulo diuer-
 sum κατὰ βοῶς, καθ' ἑκατόμβης εὐξασθαι.
 Quemadmodum autem καθ' ἱερῶν τελείων,
 sic perinde solent ἐφ' ἱερῶν τελείων, ἐπι-
 τομίων ὁμόσαι. utramque structurae for-
 matam ad ἐσιᾶν traduxit *Lucianus*, haud sa-
 tis scio, an praeter usum veterum. *Hemst.*



δεομένους ἅπαντας οἴκτος. ὡς δὲ ἀληθεῖ λόγῳ,
 ἄνοια, καὶ εὐήθεια, καὶ ἀκρισία περὶ πρὸς Φί-
 λης· ὅς ἐ συνίει κόραξι καὶ λύκοις χυριζόμενος.
 ἀλλ' ὑπὸ γυπῶν τρεσέτων ὁ κακοδαίμων κειρό-
 μενος τὸ ἦπαρ, Φίλης εἶναι αὐτὸς, καὶ ἐταί-
 ρος ὤετο ὑπ' εὐνοίας τῆς πρὸς αὐτὸν, χαίρον-
 τας τῇ βορᾷ. οἱ δὲ τὰ ὄσα γυμνώσαντες ἀκρι-
 βῶς, καὶ περιτραχόντες, εἴ τις καὶ μυελὸς ἐνῆν,
 ἐκμυζήσαντες 19) καὶ τῆτον εὖ μάλα ἐπιμελῶς,
 ὥχον-

in omnes inopes misericordia: vere autem ut di-
 cam, stultiua et simplicitas, et imprudentia in
 admittendis amicis; qui non animaduerneret
 coruis se et lupis gratificari; existimaret prae-
 terea, tot vultures iecur sibi assidue exedentes,
 amicos esse et sodales aliqua in se beneuolen-
 tia permotos, cum tamen opsoniorum gratia
 circa illum essent. Ii vero nudatis Timonis os-
 sibus, et circumrosis, ac medulla, si qua super-
 erat, probe et diligenter exsucta, aridum il-
 lum

19. Ἐκμυζήσαντες] Hanc perelegantem nu-
 dati spoliatiq̄ue Timonis picturam exquisita
 phrasium luce ornauit *Lucianus*. Ἐκμυζᾶν,
sugendo exinanire: Feris sanguinem medul-
 lalque exsugentibus tribuitur. *Aūc̄on* sae-
 pius a *Luciano* dici *exhaustum bonis et euo-
 lutum* monuit *Kuster*. ad *Aristoph.* *Thesmoph.*
 v. 853. venuste subditur τὰς ρίζας ὑπετε-
 τμημένον. *Hemst.*



ἄρχοντο, αὖτον αὐτόν, καὶ τὰς ῥίζας ὑπετετμη-
 μένον ἀπολιπόντες, ἐδὲ γινώριζοντες ἔτι, ἐδὲ
 προσβλέποντες, πόθεν γὰρ 20); ἢ ἐπικερῆντες,
 ἢ ἐπιδιδόντες ἐν τῷ μέρει. διὰ ταῦτα δικελ-
 λίτης, καὶ διφθερίας, ὡς ὄρθας, ἀπολιπὼν ὑπ'
 αἰσχύνης τὸ ἄστυ, μισθῶ γεωργεῖ, μελαγχολῶν
 τοῖς κακοῖς· ὅτι οἱ πλατῆντες παρ' αὐτῶ, μά-
 λα ὑπεροπτικῶς παρέρχονται, ἐδὲ τοῦνομα
 εἰ Τίμων καλοῖτο εἰδότες:

ΖΕΥΣ.

lum et ab radicibus imis excisum relinquentes,
 abierunt, ne noscentes quidem amplius aut
 aspicientes, (cur enim id facerent?) aut opem
 ferentes, vel aliquid vicissim largientes. Ita-
 que ligone, vti vides, et rhenone instructus,
 vrbe prae pudore relicta, agrum mercede con-
 ductus arat, tot malis ad insaniam adactus,
 quod certos homines a se antea ditatos praeter-
 euntes superbe videat, ne hoc quidem tenen-
 tes, Timon necne dicatur.

9. IVP:

20. Πόθεν γὰρ] Intelligendum haud aliter,
 atque apud Demosthenem creberrime, *non*
amplius agnoscentes illum, aut adspicientes
(nihil illi quidem minus: vel, nequaquam sa-
ne) aut opem ferentes. Ita solet interponi,
 praesertim apud Atticos πόθεν; πόθεν γὰρ;
 quando non simpliciter sed oratione mora-
 ta negant. *Hemst.*



ΖΕΥΣ. Καὶ μὴν ἔ παροπτέος ἀνὴρ, ἔδὲ ἀ-
 μελητέος, εἰκότα γὰρ ἠγανάκτει 21) δυστυχῶν·
 ἐπεὶ καὶ ὁμοία ποιήσομεν τοῖς καταράτοις κό-
 λασιν ἐκείνοις, ἐπιλεησμένοι ἀνδρὸς, τοςαῦτα
 μηρία τῶν τε, καὶ αἰγῶν πιότατα κύσαν-
 τος ἡμῖν ἐπὶ τῶν βωμῶν. ἔτι γὲν ἐν ταῖς ῥίσι
 τὴν κνίσσαν αὐτῶν ἔχω. πλὴν ὑπ' ἀσχολίας
 τε, καὶ θορύβου πολλῆ τῶν ἐπισηκάντων, καὶ
 ριζομένων, καὶ ἀρπαζόντων, ἔτι δὲ καὶ Φό-
 βου τῆ παρὰ τῶν ἱεροσυλάντων, πολλοὶ γὰρ οὗ-
 τοι, καὶ δυσφύλακτοι, καὶ ἔδὲ ἐπ' ὀλίγον
 κατα-

9. IVP. Sane nobis talis vir haudquaquam
 contemnendus negligendusue est. infelix enim
 iurè indignaretur, si eadem faceremus ac sce-
 lesti illi assentatores, virum talem negligentes,
 qui nobis tot caprarum, totque taurorum fe-
 mora in altaribus cremauerit; eorum certe ni-
 dorem etiam in naribus habeo. Ceterum pro-
 pter negotia, quibus districtus fui, ingentem-
 que peierantium turbam, nec non eorum, qui
 per vim rapiant; tum vero propter metum
 factilegorum (ii enim bene multi sunt, et
 quos haud facile quis vitet, neque nobis con-
 niuen-

21. ἠγανάκτει] Tricissimo Hellenismo posi-
 tum est pro ἀγανακτοῖ, indignaretur. ποιή-
 σόμεν vero itidem pro ποιήσοιμεν vel ποιή-
 σωμεν. Hemist.



καταμῦσάμ ἡμῖν ἐφιάσι, πολλὸν ἤδη χρόνον εἰδὲ
ἀπέβλεψα εἰς τὴν Ἀττικὴν καὶ μάλιστα ἐξ Ἐ
Φιλοσοφίας, καὶ λόγων ἐρίδες ἐπεπόλασαν αὐ-
τοῖς. μαχομένων γὰρ πρὸς ἀλλήλους, καὶ κε-
κραγύτων, εἰδὲ ἐπακχεῖν ἐς τῶν εὐχῶν. ὡσε
ἢ ἐπιβυσάμενον χεῖρ τὰ ὦτα καθῆσθαι, ἢ ἐπι-
τριβῆναι πρὸς αὐτῶν, ἀρετὴν τινα, καὶ ἀσώ-
ματα, καὶ λίρες μεγάλῃ τῇ Φωνῇ ξυνειρέντων.
διὰ ταῦτά τοι καὶ τῆτον ἀμειλιθῆναι συνέβη
πρὸς ἡμῶν, εἰ Φαῦλον εἶναι.

Ὅμως δὲ τὸν Πλάτωνα, ὦ Ἑρμῆ, παραλα-
βῶν, ἀπιθι παρ' αὐτὸν κατὰ τάχος. ἀγέτω
δὲ ὁ Πλάτων καὶ τὸν Θεσαυρὸν μετ' αὐτοῦ,
καὶ

niendi spatium relinquunt) iamdiu in Atticam
oculos non conieci; maxime postquam Philoso-
phia, et verbosae illae concertationes inter eos
exortae sunt. Cum enim inter sese digladien-
tur, perpetuoque vociferentur, non est ut quis-
quam nostrum preces et vota hominum possit
exaudire; quare vel obstructis auribus otiose se-
dendum est, aut ab iis molestia confici necesse,
Virtutem nescio quam, et Incorporea, et me-
ras nugae magna voce conedentibus. Hanc
ipsam ob causam evenit, ut hic Timon, vir sa-
ne neutiquam contemnendus, a nobis usque
adhuc fuerit neglectus.

10. Sed ut ut haec se habent, assumpto tecum
Pluto abi, Mercuri, ad illum quam ocyssime.
adiungat sibi comitem Thesaurum Plutus;
maneant



καὶ μειέτωσαν ἀμφω παρὰ τῷ Τίμωνι, μηδὲ ἀπαλλοττεύσθωσαν ἔτι ῥαδίως, καὶ ὅτι μάλι-
 στα ὑπὸ χρηστότητος αὐθις ἐκδιώκη αὐτὰς τῆς
 οἰκίης. περὶ δὲ τῶν κολάκων ἐκείνων, καὶ τῆς
 ἀχαριστίας, ἣν ἐπεδείξαντο πρὸς αὐτὸν, καὶ αὐ-
 θις μὲν σκέψομαι, καὶ δίκην δώσωσιν, ἐπειδὴν
 τὸν κεραινὸν ἐπισκευάσω· κατεαγμένα γὰρ αὐ-
 τῶ καὶ ἀπεσομαμένα εἰσὶ δύο ἀκτῖνες αἱ μέγι-
 στα, ἐπὶ τε φιλοτιμότερον ἠκόντισα πρώην
 ἐπὶ τὸν σοφιστὴν Ἀναξαγόραν· ὅς ἐπειθε τοὺς
 ὁμιλητὰς μηδὲ ὅλως εἶναι τινὰς ἡμᾶς τὰς θεάς.
 ἀλλ' ἐκείνη μὲν διήμαρτον (ὑπέρεσχε γὰρ αὐτῶ
 τὴν χειρὰ 22) Περικλῆς.) ὁ δὲ κεραινὸς εἰς
 τὸ

maneantque ambo apud Timonem, neque tam cito ex eius aedibus concedant, licet eos Timon, qua bonitate est, denuo emittat: de assentatoribus autem, qui se adeo, immemores beneficiorum praebent, post-videro: eos plectere certum est, ubi fulmen recusum fuerit. Radii enim eius duo omnium maximi disfraci sunt et retusi, cum illud vehementius paulo in Anaxagoram Sophistam iacularer, qui discipulis suis persuadebat nos Deos in rerum natura non existere; et ab eo aberravi frustrato ictu: protenta namque manu tutatus eum est Pericles; fulmen autem in
 Casto-

22. Ὑπέρεσχε αὐτῶ τὴν χειρὰ] Est in ea lo-
 quendi formula, ὑπέρεσχειν τὴν χειρὰ,
 prae-



τὰ ἀνάκειον 23) παρασκήψας, ἐκεῖνό τε κατέ-
 φλεξε, καὶ αὐτὸς ὀλίγη δειν συνετρίβη περὶ
 τῆ πέτρα. πλὴν ἰκανὴ ἐν τούτῳ καὶ αὕτη
 τιμωρία ἔσται αὐτοῖς, εἰ ὑπερπλετῶντα τὸν Τί-
 μωνα ἐρῶσι.

ΕΡ. Οἷον ἦν τὸ μέγα κεκραγέμεν, καὶ ἔχλη-
 ρὸν εἶναι, καὶ φρασύν; οὐ τοῖς δικαιολογοῦσι
 μόνοις,

Castorum aedem cum praeter spem delatum es-
 set, eam exussit; ipsum autem fulmen tantum
 non ad saxum comminutura est. Quanquam
 interea satis poenarum luent assentatores, si in
 re perquam ampla Timonem viderint.

II. MER. Quantam assert vtilitatem magnis
 clamoribus rem agere, et molestum esse atque
 audacem! neque id modo causarum actoribus vtile
 est,

praecipua quaedam virtus, quae ad Deos
 commodorum humanorum custodes proprie
 pertinet, imprimis si velut obiecta manu
 imminencia mala propulsent auertantque.
 Ex his patet, perquam facete *Lucianum* O-
 lympio Pericli tribuisse talem phrasin, quae
 Iouem ceterosque Deos eximie decebat.
Hemst.

23. Εἰς τὸ ἀνάκειον] De Διοσκήροις ἀναξι
 studiose *Dauis.* ad *Ciceron.* de N. D. III, 21.
 de Ἀνακείῳ *Meurs.* Athen. Att. I, 7. Fuit
 autem Ἀνακειῶν vetustum, quod hoc pro-
 prio nomine sic dicebatur, in asty. nam
 aliud erat multo recentius Διοσκήρων ἱε-
 ρὸν in Piraeo. *Hemst.*



μόνοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς εὐχομένοις τῆτο χρήσι-
 μον· ἰδὲ γὰρ αὐτίκα μάλα πλῆσιος ἐκ πενεσά-
 τε κατασῆσεται ὁ Τίμων, βοήσας, καὶ παρρη-
 σιασάμενος ἐν τῇ εὐχῇ, καὶ ἐπιστρέψας τὸν Δία.
 εἰ δὲ σιωπῇ ἔσκαπτεν ἐπικεκυφώς, ἔτι ἂν ἔ-
 σκαπτεν ἀμελόμενος. ΠΛΟΥ. ἀλλ' ἐγὼ οὐκ
 ἂν ἀπέλθοιμι, ὦ Ζεῦ, παρ' αὐτόν. ΖΕΥΣ.
 διατί, ὦ ἄρισε Πλῆτε, καὶ ταῦτα, ἐμοῦ κε-
 λεύσαντος;

ΠΛ. "Οτι νῆ Δία ὕβριζεν εἰς ἐμὲ, καὶ ἐξε-
 φόρει, καὶ εἰς πολλὰ κατεμέριζε, καὶ ταῦτα,
 πατρῶν αὐτῷ φίλον ὄντα· καὶ μόνον ἐχὶ
 δικράνοις με ἐξέώθει τῆς οἰκίας, καθάπερ οἱ
 τὸ πῦρ ἐκ τῶν χειρῶν ἀπορρίπτοῦντες.
 αὐθις

est, sed iis etiam, qui deos comprecantur. Vel
 hic Timon, quam repente diues ex pauperculo
 factus est! nimirum ingenti clamore vociferans,
 et magna dicendi libertate in precibus usus, Io-
 vem ad sese aduertit denique: sin vero tacitus
 incuruusque fodisset, etiamnum neglectus fo-
 deret. PLVT. At ego, Iupiter, ad ipsum non
 ibo. IVP. Quid ita autem, optime Plute, me
 praesertim iubente?

12. PLVT. Quia per Iouem in me iniurius
 erat, domo me extrudens, ac frustulatim partiens,
 qui tamen ipsi paternus essem amicus; meque tan-
 tum non furca expellebat, aut ut eos facere vide-
 mus, qui ignem manibus haerentem excutiunt.
 Quid



αὐθις ἔν ἀπέλθω παρασίτου καὶ κέλαξι, καὶ
 ἑταίραις παραδόσθησόμενος; ἐπ' ἐκείνης, ὦ Ζεῦ,
 πέμπε με, τὲς αἰσθησόμενης τῆς δωρεᾶς, τὲς
 περιέψοντας, οἷς τίμιος ἐγὼ, καὶ περιπόθητος.
 ἔτσι δὲ οἱ λάροι 24) τῇ πεινᾷ ξυνέσωσαν, ἣν
 προτιμῶσιν ἡμῶν, καὶ διφθέραν παρ' αὐτῆς
 λαβόντες, καὶ δίκηλλαν, ἀγαπάτωσαν ἄθλιοι
 τέτταρχς ὀβολὲς ἀποφέροντες, οἱ δεκαταλάν-
 τας δωρεὰς ἀμελητὶ προσιέμενοι.

Z E T S.

Quid igitur? redeamne ad eum, parasitis, assen-
 tatoribus, et meretriculis obiiiciendus? Ad il-
 los, Iupiter, me, quaeso, mittas, qui benigni-
 tatis modum intelligant, qui me amplectantur,
 quibus pretiosus sim et deliderabilis: hi vero
 fatui cum Paupertate usque et usque versen-
 tur, quando illam me potiozem ducunt, acce-
 ptoque ab ea rhenone et ligone, quatuor obo-
 lorum mercedula contenti viuant; qui deceni
 talentorum munera sic neglectim abiiciunt.

13. I V P.

24. Λάροι] Solidos talique ingenio praedi-
 tos, ut insidiis aliorum ac fraudibus sint ex-
 positi, significat: iidem Atticis κέπφοι.
 Prouerbiū a gaviae natura ductum, quae
 ostentata maris spuma inescari se patitur et
 capi. Schol. Aristoph. ad Plut. v. 913. ex-
 ronens, ὦ κέπφε· εἴληπται ἔν εἰς παροι-
 μίαν ἐπὶ τῶν ἀλογίμων ἀνδρῶν καὶ ἀνοή-
 των· καλεῖται δὲ κοινῶς λάρος. Hemst.

K



ΖΕΥΣ. Οὐδὲν ἔτι τοιᾶτον ὁ Τίμων ἐργάσε-
ται περὶ σέ. πάνυ γὰρ αὐτὸν ἡ δίκηλα πεπαι-
δαγώγηκεν, εἰ μὴ παιτᾶπασιν ἀνάληγτός ἐστι
τὴν ὀσφύν, ὡς χρῆν σε ἀντὶ τῆς πενίας προαι-
ρεῖσθαι. σὺ μὲντοι πάνυ μεμψίμοιρος εἶναι μοι
δοκεῖς, ὅς νῦν μὲν τὸν Τίμονα αἰτιάῃ, δίστι σοι
τὰς θύρας ἀναπετάσας, ἠφίει περινοσεῖν ἐλευ-
θέρως, ἔτε ἀποκλείων, ἔτε ζυλοτυπῶν. ἄλλο-
τε δὲ τὲναντίον ἠγανάκτεις κατὰ τῶν πλησίων,
κατακεκλεισθαι λέγων πρὸς αὐτῶν ὑπὸ μοχλοῖς,
καὶ κλεισί, καὶ σημείων ἐπιβουλαῖς· ὡς μηδὲ
παρακύψαι σοὶ ἐς τὸ Φῶς δυνατόν εἶναι. ταῦ-
τα γὰρ ἀπωδύρε πρὸς με, ἀποπνίγεσθαι λέ-
γων ἐν πολλῷ τῷ σκότῳ· καὶ διὰ τῆτο ὡχρὸς
ἡμῖν

13. IV P. Nil tale posthac aduersus te Ti-
mon faciet; a ligone probe perdoctus fuit te
Paupertati antepone; nisi si lumbos forte sor-
titus est cuilibet dolori impenetrabiles. At tu
mihī mirum in modum querulus videris, qui
nunc Timonem accusas, quod tibi reclusis fori-
bus hac illac vagari, prout libitum fuit, permi-
sit, neque domi claudens, neque in te zeloty-
pia ardens. Olim autem aduersus diuites indi-
gnabaris, claudi te ab iis conquerens repagulis,
clauibus, et annulo impresso, vt ne oculis qui-
dem obliquis lucem tibi fas esset aspicere. Haec
igitur apud me lamentabaris; in tantis tenebris
suffocari te distitans: atque id propterea palli-
dus



ἡμῖν ἐφαίνε, καὶ Φροντίδος ἀνάπλεως, συνε-
 σπακῶς τὰς δακτύλους 25) πρὸς τὸ ἔθος τῶν
 συλλογισμῶν, καὶ ἀποδράσασθαι ἀπειλῶν εἰ
 καιρῶ λάβοιο παρ' αὐτῶν. καὶ ἔλωσ, τὸ πρᾶγ-
 μα ὑπέδεινον ἐδίδκει σοι, ἐν χαλκῷ, ἢ σιδι-
 ρῷ θαλάμῳ, καθάπερ τὴν Δανάην, παρθερείε-
 σθαι ὑπ' ἀκριβέσι καὶ παμπονήροισ παιδαγω-
 γοῖς ἀνατρεφόμενον τῷ Τόκῳ, καὶ τῷ Λογισμῷ.
 Ἄτι-

us eras, curis perditus, digitosque contrarios
 habebas ob frequentem computandi consuetu-
 dinem; quin et minitabar te quandoque au-
 fugiturum, si quam nancisci occasionem posses.
 Ad pauca ut redeam, gravissimum tibi videbatur,
 in ferreo aut aereo thalamo virginem custodiri
 velut alteram Danaën, et sub acribus et scele-
 rosis paedagogis educari, foenore et Ratiocinio.

K 2

14. Eos

25. Συνεσπακῶς τὰς δακτύλους] Probo I. F.
 Grououii συλλογισμῶν συνεσπακῶς τ. δ. ita
 plerique Interpretes accipiunt, quasi di-
 cat, ex consuetudine supputandi vix un-
 quam intermissa digitos obriguisse. sole-
 bant mobili digitorum gestu flexibusque va-
 riis numeros et rationes ducere: hae sunt
 τῶν δακτύλων αἱ κάμψεις *Alciphronis* p. 108.
 Est ergo συνεσπακῶς τὰς δακτύλους, qui
 digitis sedet constriculis, ut numerorum
 formas effugendo colligat rationes suas at-
 que explicet. *Hemst.*



Ἄτοπα γέν ποιεῖν ἔφασκες αὐτὰς, ἐξῶντας
 μὲν εἰς ὑπερβολὴν, ἐξὸν δὲ ἀπολαύειν, ἔ τολ-
 μῶντας, ἐδὲ ἐπ' ἀδείας χρωμένους τῷ ἔρωτι,
 κυρίως γε ὄντας, ἀλλὰ φυλάττειν ἐγρηγορήτας,
 ἐς τὸ σημεῖον καὶ τὸν μοχλὸν ἀσκαρδαμυκτὶ
 βλέποντας, ἱκανὴν ἀπίλαυσιν οἰομένους, ἔ τὸ
 αὐτὰς ἀπολαύειν ἔχειν, ἀλλὰ τὸ μηδενὶ μετα-
 δίδοναι τῆς ἀπολαύσεως, καθάπερ τὴν ἐν τῇ
 Φάτνῃ κῶνα, μήτε αὐτὴν ἐσθίεισαν τῶν κριθῶν,
 μήτε τῷ ἵππῳ πεινῶντι ἐπιτρέψασαν. καὶ
 προσέτι γε καὶ κατεγέλας αὐτῶν Φειδομένων,
 καὶ φυλαττόντων, καὶ τὸ καινότεατον, αὐτὰς
 ζήλοτυπέντων· ἀγνοούντων δὲ ὡς κατάρατος
 οἰκέ-

14. Eos itaque plane ineptos esse dicebas,
 qui cum te misere amarent, possentque frui,
 non auderent tamen: neque amore suo secure
 vterentur, quibus id liberum esset; sed te per-
 vigili custodia seruant, sigillum, aut repagu-
 lum oculis haudquaquam demotis aspicientes;
 seque abunde potiri existimantes, non si frue-
 rentur ipsi, sed omnibus fruendi facultatem si
 praereptum irent; quod plane canem in prae-
 sepio fastitare videmus, qui nec ipse hordeum
 attingat, nec equum esuientem sinat attingere.
 Insuper, si satis memini, eos irridebas, qui
 perpetuo parcerent, et custodirent, et (quod
 prodigii instar sit) in se ipsos zelotypi so-
 rent; ignorarent autem scelestissimum, aliquem
 seruu-



εἰκέτης, ἢ οἰκονόμος, ἢ παιδότης 26) ὑπεισιῶν
λαθραίως ἐμπαροινῆσει, τὸν κακοδαίμονα, καὶ
ἀνέρασον δεσπότην, πρὸς ἀμαυρὸν τι καὶ μι-
κρόσομον λυχνίδιον, καὶ διψαλέον θρυαλλίδιον
ἐπαγρυπνεῖν ἑάσας τοῖς τόκοις. πῶς ἔν ἐκ ἀ-
δικον, πάλαι μὲν σε τρυτά ἀτιᾶσθαι, νῦν δὲ
τῷ Τίμωνι τὰ ἐναντία ἐπικαλεῖν;

ΠΛΟΥ. Καὶ μὴν εἶγε τάληθῆ ἐξετάζοις,
ἀμφω σοι εὐλογία δόξω ποιεῖν. τῆ τε γὰρ Τί-
μωνος τὸ πᾶν τῆτο ἀνειμένον, ἀμελὲς καὶ ἐκ
εὐνοϊκόν, ὡς πρὸς ἐμὲ, εἰκότως ἂν δοκοίη· τῆς
τε

seruulum, aut paedotribam, clanculum subeun-
tem, hero inamabili et diis iratis nato sublitu-
rum os, dum ad lucernam obscuram, et exi-
guum habentem ellychnium, paululoque in-
struam oleo, usuris computandis inuigilat.
Qui autem, o Plute, absurdum non sit, haec
olim diuitibus obiecisse te, nunc vero plane
contraria Timoni vitio vertere?

15. PLUT. Atqui si vera lubet inquirere,
vtrumque meritissimo videbor facere. Nam huius
quidem Timonis soluta licentia, mera negligentia,
non beneuolentia, ad me quod spectat, haberi de-
bet:

K 3

bet:

26. Παιδότης] Παιδοτρίβης est magister ex-
ercitor: παιδότης in familia seruulus, qui
curam habet puerorum, in eoque mune-
re operam conterit. Hemst.



τε αὖ κατάκλεισον ἐν θύραις καὶ σκότῳ φυλάττοντας, ὅπως αὐτοῖς παχύτερος γενοίμην, καὶ πιμελής, καὶ ὑπέρογκος, ἐπιμελημένως, ἔτε προσκλιπόμενος αὐτούς, οὔτε εἰς τὸ φῶς προύγοντας, ὡς μηδὲ ὀφθείην πρὸς τινος, ἀνόχτης ἐνόμιζον εἶναι, καὶ ὑβριζᾶς, ἔδεν ἀδικῆντά με ὑπὸ τούτοις δεσμοῖς κατασήμεντας· ἔτι εἰδόμενος ὡς μετὰ μικρὸν ἀπίσιν ἄλλῳ τινὶ τῶν εὐδαιμόνων με καταλιπόντες.

Οὐτ' ἔν ἐκεῖνος, ἔτε τὰς πάνυ προχειροῦς εἰς ἐμὲ τᾶτας ἐπαινῶ, ἀλλὰ τὰς, ὅπερ ἄριστόν ἐστι, μέτρον ἐπιθήσοντας τῷ πράγματι, καὶ μήτε ἀφεξομένους τοπαράπαν, μήτε προση-
σομέ-

bet: illos autem qui me clausum tot ostiis in tenebris detinerent, dantes operam, ut me crassiforem redderent et pinguiorem, atque corruptentiorum aequo, neque ipsi me attingentes, neque in lucem producentes, ut ne a quoquam viderer, prorsus desipere, et in me contumeliosos esse rebar, qui nil peccantem computrescere iuberent tot vinculis impeditum, nescientes interim post paulo se e vita decessuros, meque fortunatorum cuiquam relicturos.

16. Itaque adeo neque illos restrictos laudem, neque eos rursus, qui me libentius contrectant et infumunt, sed potius eos, qui, quod adprime in vita utile est, moderationem adhibeant: qui neque prorsus abstineant, neque
omnino



σομένους τὸ ἔλον. σκόπει γάρ, ὦ Ζεῦ, πρὸς τῷ Διὸς, εἴ τις νόμιμῳ γήμας γυναῖκα νέαν, καὶ καλὴν, ἔπειτα μήτε Φυλάττοι, μήτε ζήλοτυποῖ τσπαράπαν, ἀφίεις καὶ βαδίζειν ἔνθα ἂν ἐθέλοι νύκτωρ, καὶ μεθ' ἡμέραν, καὶ ξυνεῖναι τοῖς βυλομένοις, μᾶλλον δὲ αὐτὸς ἀπάγοι μοιχευθησομένην, ἀνοίγων τὰς θύρας, καὶ μαζροπέυων, καὶ πάντα ἐπ' αὐτὴν καλῶν, ἄρα ὁ τσιζτος ἐρᾷν δόξειεν ἄν; ἔ σὺ γε, ὦ Ζεῦ, τῷ το Φαίης ἄν, ἐρασθεῖς πολλακίς.

Εἰ δὲ τις ἔμπαλιν ἐλευθέραν γυναῖκα εἰς τὴν οἰκίαν νόμιμῳ παραλαβὼν ἐπ' ἀρότῳ 27) παίδων γνησίων

omnino proiciant, et cuilibet obtrudant. Illud enim per Iouem vide, quaeso, Iupiter; si quis legitimis nuptiis formosulam aliquam vxorem in ipso aetatis flore duxerit, deinde neque domi custodiat, neque vlllo zelotypiac sensu moueatur, noctu et interdium qua visum est vagari permittens, et cum obuiis quibusque aetatulam suam' oblectare; aut potius aliquo corrupendam ab adulteris ducat, fores aperiens, prostituens, et omnes ad eam conuocans; quid, quaeso, talis vir vxorem amare videatur? Haud istud tu quidem dixeris, Iupiter, qui quid sit amor, re saepe numero experrus es.

17. Si quis contra vxorem lege domum duxerit, *Arno ut venero lactus liberos ferat, flo-*

K 4 rentem

27. 'Επ' ἀρότῳ] *Ad liberos procreandos.* Brod. 'Επ'



γνησίῳν, ὃ δὲ μήτε αὐτὸς προσάπτοιτο ἀκμίας
καὶ κελῆς παρθένου, μήτε ἄλλω προσβλέπειν
ἐπιτρέποι, ἄγονον δὲ καὶ σείρων κατακλείσας
παρθενοῦσι 28), καὶ ταῦτα ἔρχιν Φάσκων, καὶ
δῆλος ὢν ἀπὸ τῆς χροῖας, καὶ τῆς σαρκὸς ἐκτε-
τηκυίας, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ὑποδεδυκῶτων,
ἔσθ'

rentem autem puellam nec attingat ipse, neque
alium quemquam ad illam oculos adiacere sinat;
domi autem conclusam custodiat, nullam ex ea
prolem suscipiens, eius tamen amore flagrare
se dicitans, idque indicans vultus colore, ma-
crescente in dies et horas corpore, concavis
et introrsum recedentibus oculis; annon
eius-

Ἐπ' ἀρότῳ παίδ. γν.] Legitima quae-
dam apud Athenienses haec erat formula.
*Isidor. Pelus. III, 243. παρ' Ἀθηναίσις ἡ
συνάφεια ἢ κατὰ νόμον ἐπ' ἀρότῳ παίδων
ἐλέγετο γίνεσθαι. hic tamen satis est cer-
tum debere legi ἐπ' ἀρότῳ. Hemst.*

28. Κατακλείσας παρθενοῦσι] Vid. *Budaei
C. L. G. p. 691. vbi ex hoc loco docet
παρθενεύειν esse virginem custodite. Eodem
pertinet κατακλείσας* nam castae virgines,
et honestiores matronae, quae publica
virorumque conspectum fugientes thalamum
seruabant, κατακλεισοὶ et θαλαμεύομεναι.
Hemst.*



ἔσθ' ὅπως ὁ τοιῶτος ἔ παραπαίειν 29) δόξειεν
 ἂν, δέον παιδοποιεῖσθαι, καὶ ἀπολαύειν τοῦ
 γάμου, καταμαραίνων εὐπρόσωπον οὕτω καὶ
 ἐπέρασον κόρην, καθάπερ ἱέρειαν τῆ Θεσμιο-
 Φόρῳ τρέφων διὰ παντός τῆ βίῃ; ταῦτα καὶ
 αὐτὸς ἀγανακτῶ, πρὸς ἐνίων μὲν ἀτίμως λα-
 κτιζόμενος καὶ λαφυσσόμενος, καὶ ἐξαντλέμε-
 νος ὑπ' ἐνίων δὲ, ὡσπερ σιγματίας δραπέ-
 τῆς πεπεδημένος.

ΖΕΥΣ. Τί ἔν ἀγανακτεῖς κατ' αὐτῶν; δι-
 δόασι γὰρ ἄμφω καλὴν τὴν δίκην· οἱ μὲν, ὡσ-
 περ

eiusmodi vir pro cerrito circumferri debeat,
 qui quasi Cereri sacerdotem per totam vitam nu-
 triens, tam venustam, tamque amabilem puel-
 lam deflorescere absque omni Veneris usu si-
 neret, cum contra liberos ex ea tollet et con-
 iugio frui deberet? Ad hunc plane modum
 quidam me calcibus ignominiose quatunt, lu-
 xuriamque sua effundunt atque exhauriunt: a
 nonnullis autem velut fugitiuus aliquis notis
 compunctus vincior.

18. I V P. Quid, quaeso, illis succenses?
 utrique enim graues poenas dant: alii enim
 K 5 veluti

29. Παραπαίειν] Non desipere videretur. Ad-
 dam Lucianum hoc verbum ab Aristophane
 desumpsisse, qui coniungit ληρῆιν et παρα-
 παίειν in Plut. v. 508. Hor. Virgilia.



περὶ ὁ Τάνταλος, ἄποτοι καὶ ἄγευσοι, καὶ ἔγ-
 ροὶ τὸ σῶμα, ἐπικεχληνότες μόνον τῷ χρυσίῳ·
 οἱ δὲ, καθάπερ ὁ Φινεύς, ἀπὸ τῆς Φάρυγγος
 τὴν τροφὴν ὑπὸ τῶν ἀρπυιῶν ἀφαιρέμενοι.
 ἀλλ' ἀπίθι ἤδη σωφρονεζέρω παρὰ πολὺ τῷ
 Τίμωνι ἐντευξόμενος. ΠΛ. ἐκεῖνος γὰρ πότε
 παύσεται ὡς περὶ ἐκ κοφίνου τετραπημένου, πρὶν
 ἔλως εἰσρυῆναί με, κατὰ σπασθὴν ἐξαντλῶν,
 φθάσαι βεβλόμενος τὴν ἐπιρροήν, μὴ ὑπέραν-
 τλος εἰσπεσὼν ἐπικλύσω αὐτόν; ὥστε εἰς τὸν
 τῶν Δαναίδων πίθον ὑδροφορήσειν μοι δοκῶ,
 καὶ μάτην ἐπαντλήσειν, τῆς κύτης μὴ ἔσγοντος·
 ἀλλὰ πρὶν εἰσρυῆναί, σχεδὸν ἐκχυθησομένον τῆ
 ἐπιρρέ-

veluti Tantalus aliquis, ore sicco ac ieiuno per-
 stant, ad auri aspectum rictu diducto hiantes:
 alii autem sibi, itidem vt Phineus, cibum ex
 penitissimis faucibus ab Harpyis eripi vident.
 Sed iam abi: nam Timonem multo impensius
 quam antea sapere deprehendes. P L V T. Quid
 autem! an is aliquando desinet consulto, velu-
 ti ex perforato cophino exhaurire me, prius-
 quam totus influxero, (veluti praeuenire stu-
 dens nimiarum opum influxum,) ne copio-
 sior incidens ipsum inundem? Quare vi-
 deor mihi aquam in Danaïdum dolium con-
 gesturus, et frustra infusus, cum vas per-
 fluat, et id quod ingestum fuerit, iam
 iamque sit effluxurum, priusquam influxerit;
 adeo



ἐπιρρέοντος· ἔτιωσ εὐρύτερον τὸ πρὸς τὴν ἐκχυ-
σιν κεχληνὸς τῆ πίθη, καὶ ἀκώλυτος ἡ ἐξοδος.

ΖΕΥΣ. Οὐκᾶν εἰ μὴ ἐμφράξῃται τὸ κεχλη-
νὸς τῆτο, καὶ εἰς τὸ ἄπαξ ἀναπεπταμένοι, ἐκ-
χυθέντος ἐν βραχεῖ σου, ῥαδίως εὐρήσει τὴν
διφθέραν αὐθις, καὶ τὴν δίκελλαν ἐν τῇ τρυγῇ
τῆ πίθη. ἀλλ' ἀπίθε ἤδη, καὶ πλατίζετε αὐ-
τόν· σὺ δὲ μέμνησο, ὦ Ἑρμῆ, ἐπανιῶν, πρὸς
ἡμᾶς ἄγειν τὰς Κύκλωπας ἐκ τῆς Αἴτνης, ὅπως
τὸν κεραυνὸν ἀκονήσαντες ἐπισκευάσωσιν, ὡς
ἤδη γε τεθηγμένα αὐτῆ δεησόμεθα.

ΕΡ. Προΐωμεν, ὦ Πλοῦτε. τί τοῦτο;
ὑπεσκάσεις; ἐλελήθεις με, ὦ γεννάδα, οὐ τυ-
φλὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ χωλὸς ὢν. ΠΛ. οὐκ
αἰεὶ

adeo latus est ad effluxum liquoris hiatus dolii
ac facilis exitus.

19. IVP. Proinde rimam istam et hiatum ni-
si semel et diligenter obstruxerit, in faece do-
lii rhenonem vna cum ligone reperiet, post-
quam tu cito effusus fueris. Sed iam aliquan-
do abite, atque hominem dirate. At heus tu,
Mercuri, curato adductos tecum ex Aetna Cy-
clopas, qui mihi fulmen exacuant ac reficiant;
eo enim perquam acuto nobis opus erit.

20. MER. Pergamus, Plute. Quid hoc autem?
claudicas? Ignorabam, o bone, esse te non mo-
do caecum, sed claudum etiam. PLVT. Id
mihi



αἰεὶ τῆτο, ὦ Ἐριμῆ, ἀλλ' ὁπόταν μὲν ἀπὶ πρὸς
 ῥά τινος πεμψῆς ὑπὸ τῆ Διός, ἐκ σὶδ' ὅπως
 βραδύς εἰμι καὶ γλωτὸς ἀμφοτέροις, ὡς μάλιστα
 τείσειν ἐπὶ τὸ τέμα, προσηρέσωντος ἐνίστε τῆ
 περιμένοντος. ὁπόταν δὲ ἀπαλλὰ ττεσθῆ δέη,
 πτητὸν ὄψει, πολὺ τῶν ὀριέων ὠκύτερον. ἄμα
 γὰρ ἔπεσαν ἡ ὑσπληγῆ, καὶ ἡ ἤδη ἀνκαρῆττο
 μα νενικηώς, ὑπερπυθῆσας τὸ σάδιον, ἐδὲ
 ιδόντων ἐνίστε τῶν θεατῶν. ΕΡ. ἐκ ἀλγῆ
 τῶτα φῆς. ἐγὼ δὲ καὶ πολλὰς ἀν εἰπεῖν ἔχοι-
 μί σοι, γῆδὲς μὲν ἐδὲ ὄβριον, ὡς πρίσθῆμα
 βρέχον, ἐσχηκῆτας, ἀφνω δὲ τῆμερον
 πλουσίου, καὶ πολυτελείς, ἐπὶ λευκοῦ
 ζεύ-

mihī non semper vsu euenit: sed cum ab Ioue ad
 quempiam mittor, repente tardior paulo fio, et
 vtroque crure claudus, ita vt vix atque aegre itin-
 ris finem attingam, cum is iam, ad quem missus
 fueram, longo senio confectus plerumque iacet.
 At si quando discedendum sit, tum vero me alatum
 dicas, ipsis auibus celeriozem. Itaque vbi primum
 excidit circi repagulum, iam me victorem procla-
 mat praeco, qui stadium tanta pernecitate percur-
 rerim, vt quandoque ne spectatozes ipsi oculis
 me currentem sequi potuerint. MER. Mi-
 nus vere ithaec, Plute: nam multos ego me-
 morare possū, qui, cum heri ne obolum qui-
 dem haberent, qui sibi pararent laqueum, hodie
 repente diuites existunt, sumtos ingentes faciunt,
 et

ζεύγες ἐξελκύνονται, εἰς ἃδὲ καὶ ἕνος ὑπῆρξε
 πώποτε. καὶ ἕμῳς περφυροὶ καὶ χρυσόχει-
 ρες 30) περιέρχονται, ἃδ' αὐτοὶ πιθεύοντες
 εἶμαι ὅτι μὴ ἔναρ πλατῆσιν.

ΠΛ. Ἐτεροῖσιν τοῦτ' ἐσίν, ὦ Ἐρμῆ, καὶ
 ἐγὼ τὰς ἐμαυτῆ περὶ βραδίῳ τότε. ἃδὲ ὁ Ζεὺς
 αἰὲν ὁ Πλάτων ἀποσέλλει με παρ' αὐτῆς, ἅτε
 πλατῆδοτῆς, καὶ μεγαλόδωρος καὶ αὐτῆς ὦν.
 δηλοῖ γέν καὶ τῷ ὀνόματι. ἐπειδὴν τείνυ με-
 ταικισθῆναι δέη με παρ' ἑτέρῃ πρὸς ἑτέρον, ἐς
 δέλτον. ἐμβάλοντες με, καὶ κατασημιάμενοι
 ἐπιμε-

et bigis albis vehuntur, quibus ne asellus qui-
 dem unquam domi fuit; et tamen purpura au-
 reisque annulis fulgentes incedunt, qui, ut opi-
 nor, nondum satis sibi persuadere possunt,
 suas illas opes somnium non esse.

21. P. I. V. T. Istuc quod dicis, Mercuri, lon-
 ge diuersum est; nec tunc meis me pedibus
 porto, neque me tunc Iupiter, sed Pluto ad
 eos mittit, ut pote qui πλατῆδοτῆς et ipse sit
 (opum largitor) et splendidorum munerum da-
 tor, quod et suo ipsius nomine satis indicat.
 Itaque cum mihi ab alio ad alium migrandum
 est, me in tabulas testamentarias coniciunt: ac
 dili-

30. Χρυσόχειρες] Quibus manus auro sunt
 annulisque oneratae. Περφυροὶ, purpu-
 reis indati. Hemst.



ἐπιμελῶς, Φορηδὸν ἀράμενοι, μετακομίζουσι.
καὶ ὁ μὲν νεκρὸς ἐν σκοτεινῷ πρὸ τῆς οἰκίας πρό-
κειται 31), ὑπὲρ τὰ γόνατα παλαιᾶ τῆ ὀφ-
θη σκεπόμενος, περιμάχητος ταῖς γαλαῖς. ἔμὲ
δὲ οἱ ἐπελπίζαντες 32) ἐν τῇ ἀγορᾷ περιμέ-
νεσι

diligenter obsignantes domo me baiulorum opera
esserunt; interea mortuus in obscuro aliquo
aedium loco iacet, detrito linteo obtectis geni-
bus, dum circa ipsum decertant feles, eius ca-
daver attingere gestientes; me autem ii, qui tam-
diu

31. Πρὸκειται] Ad mortui πρόθεσιν vel con-
locationem proprie pertinet. Quandoqui-
dem vero conlocatio in celeberrimis ae-
dium locis ipsoque adeo atrio fiebat, ut
cadaver ab omnibus inspicere possit, quid est
rei, cur *Lucianus* addiderit, ἐν σκοτεινῷ
πρὸ τῆς οἰκίας; potuit intelligere priorem
illum mox post animam afflatam corporis
in humum deponendi morem, quod Grae-
cis est χαμαὶ κατατιθέναι, χαμαὶ κεί-
σθαι* malo tamen existimare, haec ad ve-
ram πρόθεσιν esse referenda, sed invidio-
sius a *Luciano* describi, ut amicorum fami-
liariumque contemptum et in curando diui-
tis iam emortui corpore grauem incuriam
perstringat: eodem spectant παλαιᾶ τῆ
ὀφθη et περιμάχητος ταῖς γαλαῖς. *Hemst.*
32. Ἐμὲ δὲ οἱ ἐπελπίζαντες] Ἐμὲ coniun-
gi non debet cum ἐπελπίζαντες, sed cum
περιμένεσι. *Hemst.*



νασι κεχηνότες, ὡσπερ τὴν χελιδόνα προσπε-
τομένην τετριγότες οἱ νεοττοί.

Ἐπειδὴν δὲ τὸ σημεῖον ἀφαιρεθῆ, καὶ τὸ
λίπεν ἐντμηθῆ, καὶ ἡ δέλτος ἀνοιχθῆ, καὶ ἀ-
νακηρυχθῆ μετ' ὁ καινὸς δεσπότης, ἦτοι συγγε-
νῆς τις, ἢ κόλαξ, ἢ καταπύγων οἰκέτης, ἐκ
παιδικῶν τίμιος, ὑπεξυχημένος ἔτι τὴν γνάθου,
ἀντὶ ποικίλων καὶ παντοδαπῶν ἡδονῶν, ἃς ἤ-
δη ἔξωρος ὢν ὑπερέτησεν αὐτῷ, μέγα τὸ μί-
σθωμα ὁ γενναῖος ἀπολαβῶν, ἐκείνος μὲν, ὅστις
ἂν ἦ ποτε, ἀρπασάμενός με αὐτῇ δέλτῳ, θέβι
Φέρων, ἀντὶ τῆ τέως Πυρρία, ἢ Δρόμωνος,
ἢ Τι-

diu sperauerant, ad forum itidem ut hirundi-
nem aduolantem pulli expectant.

22. Vbi autem sublatum est sigillum, et li-
neum testamenti vinculum incisum est, tabulae-
que apertae, ac nouus opum dominus declara-
tus est cognatus aliquis, aut assentator, aut ser-
vulus denique, qui ad obsequium venereum
praesto erat, et ea gratia ceteris praelatus omnibus,
rasa etiamnum barba; magnum pretium ferens
tot voluptatum, quas hero attulit, dum se, iam ex-
oletus, ei perdesendum obsequiose permittit. Is
igitur, quisquis tandem sit, me cum testamenti ta-
bulis arripiens, curriculo domum contendit, mu-
tato repente nomine, ut qui antea Byrria, vel Dro-
mo,



ἢ Τιβίε, Μεγακλῆς, ἢ Μεγάβυζος, ἢ Πρω-
ταρχος μετονομασθεῖς· τὰς μάτην κεχρηότας
ἐκείνης εἰς ἀλλήλους ἀποβλέποντας καταλιπῶν,
ἀληθῆς ἄγοντας τὸ πένθος, οἷος φύτρες ὁ θύν-
νος ἐκ μυχῆ τῆς σαγήνης διέφυγεν, ἐκ ὀλίγον
τὸ δέλεαρ καταπιῶν.

Ὁ δὲ, ἐμπεσὼν ἀξέσως ἐς ἐμὲ ἀπειρόκαλος
καὶ παχύδερμος 33) ἀνθρώπος, ἔτι τὴν πέδην
πεφρι-

mo, aut, si maus, Tibius vocabatur, dein-
ceps Megacles, Protarchus, aut Megabyzus di-
catur: illos incassum hiantes, et inter se aspi-
cientes relinquens, dolore non ficto lugentes,
qui tantum thynnum ex intimo sagenae reces-
su elapsum amiserint, post opimam escam con-
sumptam.

23. In me igitur irruens talis vir, rerum bo-
narum imperitus, stolidus; qui pedicas etiam-
num

33. Παχύδερμος] Crassa cutis et rigor ad in-
dicium trahebatur stuporis ac stoliditatis:
huic. enim hominum generi subtiliter sen-
tiendi facultas videretur occalluisse; ideo
παχύδερμοι καὶ ἀνείσθητοι. Hoc sine du-
bio voluit *Lucianus*; sed praeterea signifi-
cat mancipium nequam, cuius corpus ex
continuis flagrorum ictibus compedumque
vestigiiis cicatrices ducit creberrimas et ob-
duruit: hoc suadet mentio πέδης, μασί-
γων, μιλῶνος. Ἀνάντορον quorumvis

Der-



πεφρικώς, καὶ εἰ παριῶν ἄλλης μασίξειέ τις, ἄφρονον ἐφίσας τὸ ἔς, καὶ τὸν μυλῶνα ὡσπερ τὸ ἀνάκτορον προσκυνῶν, ἔτι ἐτι φορητὸς ἐστὶ τοῖς ἐντυγχάνουσιν· ἀλλὰ τὰς τε ἐλευθέρους ὑβρίζει, καὶ τὰς ὀμοδύλης μασίγοι, ἀποπειρώμενος εἰ καὶ αὐτῶ τὰ τοιαῦτα ἔξουσιν· ἄχρῃς ἂν ἢ ἐς πορνίδιον τι ἐμπροσθῶν, ἢ ἵπποτροφίας ἐπιθυμήσας, ἢ κέλαξι παραδὲς ἑαυτὸν ὀμνύουσιν, ἢ μὲν εὐμορφότερον μὲν Νιρέως εἶναι αὐτὸν, εὐγενέστερον δὲ τῷ Κέκροπος, ἢ Κόδρου, συνετώτερον δὲ τῷ Ὀδυσσεώς, πλησιώτερον δὲ
 συνά-

num exhorrescit, et, si quis temere praeteriens
 loris increpauerit, arreclis auribus repente resi-
 stit; pistrinum autem veluti templum adorat;
 talis, inquam, vir, iis, quibuscum versatur,
 non amplius tolerabilis, sed in homines liberos
 contumeliosus est, conseruos autem suos flagel-
 lis vrit, quasi experiundi gratia, num id sibi
 quoque liceat; vsque adeo donec meretricu-
 lam aliquam nactus, vel equorum alendorum
 studio infaniens, aut assentatoribus sese τό-
 tum dedens, deierantibus formosiorē ipsum
 Nireo esse, Cecrope aut Codro nobiliorem,
 Vlysse prudentiorem, sedecim simul vna
 Croe.

Deorum templum, vel interior templi re-
 cessus, et propterea Castorum etiam: pro-
 prie vero Cereris Eleusinae. Hemst.

L



συνάμα Κροίσων ἐκκαίδεκα, ἐν ἄκαρῆι τῷ χροῖνα
ἄθλιος ἐκχέη τὰ κατ' ὀλίγον ἐκ πολλῶν ἐπιση-
κιῶν, καὶ ἀρπαγῶν, καὶ πανουργιῶν συνειλημένα.

ΕΡ. Αὐτὰ πᾶ σχεδὸν Φῆς τὰ γηγόμενα.
ὁπέταν δ' ἔν αὐτόπερ βυδίζης, πῶς ἔτω τυ-
Φλός ὦν εὐρίσκεις τὴν ὁδόν; ἢ πῶς διακινώσκεις
ἔφ' ἔς ἂν σε ὁ Ζεὺς ἀποσειῆ, κρίνας εἰνῶν τῷ
πλατεῖν ἀξίως; ΠΛΟΥ. εἶμι γὰρ εὐρίσκω με
οἱ τινές εἰσι; ΕΡ. μὰ τὸν Δία ἔ' πάνυ. σὺ
γὰρ Ἀρισεῖδην καταλιπὼν, Ἰππονίκω καὶ Καλ-
λίᾳ προσήεις, καὶ πολλοῖς ἄλλοις Ἀθηναίων ἐ-
δὲ ἐβολῶ ἀξίοις. πλὴν ἀλλὰ τί πρᾶττεῖς κατὰ
πεμφθεῖς; ΠΛ. ἄνω καὶ κάτω πλανῶμαι περινό-
σῶν,

Croesus ditiores; puncto temporis ea effundat
infelix, quae vnciatim ex multis periuriis, ra-
pinis ac fraudibus sibi pepererit.

24. MER. Id ferme, quod res est, dicis.
Cum vero tuis ipsis pedibus vteris, qui, quae-
so, tanta in te cum sit caecitas, viam tamen in-
venis? aut qui tandem diiudicas, ad quos te
miserit Iupiter, diuitiis illos esse dignos depu-
tans? PLVT. Credis videlicet inuenire me,
quinam illi sint? MER. Sane haud facile arbi-
tror. Neque enim reiecto Aristide ad Hipponi-
cum te aut Calliam adiungeres, compluresque
ex Atheniensibus, homines vix obolares. Cete-
rum ab Ioue missus quid facis? PLVT.
Sursum deorsum vagor perambulans, donec impru-



των, ἄχρῃς ἀνλάθω τινὲς ἔμπεσών. ὁ δὲ, ἕστις αὖ
 πρῶτός μοι περιτύχη, ἀπαγαγὼν ἔχει, σὲ τὸν
 Ἑρμῆν ἐπὶ τῷ παραλόγῳ τῆς κέρους προσκυνῶν.

ΕΡ. Οὐκ ἔν ἐξηπάτηται ὁ Ζεὺς, οἰόμενός σε
 κατὰ τὰ αὐτῷ δοκῶντα πλετίζειν ὅσας ἂν σιγή-
 ται τῆς πλετείας ἀξίως; ΠΛ. καὶ μάλα δικαίως,
 ὦ γὰθῆ, ὅσγε τυφλὸν ἔντα εἰδῶς, ἔπεμπεν
 ἀναζητήσεντα δυσεύρετον ἔτιω χεῖμα, καὶ προ-
 πολλῆ ἐκλελοιπὸς ἐκ τῆς βίης· ἕπερ ἔδ' ὁ Λυγ-
 κεύς ἂν ἐξεύροι ῥαδίως, ἀμαυρὸν ἔτω καὶ μικρὸν
 ὄν. τοιγαρῆν ἄτε τῶν μὲν ἀγαθῶν ὀλίγων ὄν-
 των, πονηρῶν δὲ πλείων ἐν ταῖς πόλεσι τὸ
 πᾶν ἐπεχόντων, ῥᾶον ἐς τοὺς τοιούτους ἐμ-
 πίπτω

imprudens in quempiam incidam; is autem, qui
 me cumque obuium habuerit, ad sese abduci
